



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CCCLXIX. Kaiser Maximilian ertheilt seinen Consens zur Stiftung der  
Universität zu Frankfurf, am 26. Oktober 1500.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

werken vnd Gemeyn der Stadt Franckenfordt vor vns vnd vnser Nachkomenden Burger vnd Inwoner derselbigen Stat Insigel mit guten Wissen vnd Willen an diesen Brieff hengen lasen, des wir vns alle sambtlich vnd sunderlich gebrauchen, der gegeben ist am Montag noch deme Sontag Palmarum, gnante vnfers gnedigsten vnd gnedigen Herren Stat Franckenfordt, nach (Cristi) vnfers Herren Geburt Thausent vierhundert vnd yme newnvnndnevtzigsten Jar.

Nach einem Fragm. im Stadtarchive Var. 64, ergänzt aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

CCCLXVIII. Der Rath zu Frankfurt gestattet den Rakow, gewisse Lehngüter zu Tzschetschnow zeitweise zu veräußern, am 14. Februar 1500.

Vor allermeniglich vnd Iglichen bsondern, die diesen vnsern offenen brieff sehen, horen ader lesen, Bekennen wir borgermeister vnd Ratman der Stad zu franckford an der Oder, das wir vf betlich Irsuchn vnser liben getrewen, der Erbaren hanfen vnd friderichs, die rakow, gevettern, In Iren anligendn noten vergunnet vnd Irlobt haben, vergunnen vnd Irloben In In krafft vnd macht dieses vnfers brieffs, das sie mogen verletzcn vnd vorpfinden eyne etlichen morgen wilenwachs vnd eyne pfund pfeffer, tzum hoffe tzu Czetzenow ghorig, dem erbaren hanfen . . . . ., zu margraffendorff wonhaftig, vf eyne widerkoff vor . . . . . merklich hoptsumme vnd nicht hoher, doch also, das die Rakowen . . . . . widerkoff widerumb abelofen sollen vf das schirft sie . . . . . Zu vrkund mit Vnsem anhangenden Stat minor (Secret) versigelt, Nach Cristi vnfers liben hern geburt Im XV<sup>c</sup>., darnach im X . . sten iaren, freitags nach Apolonie virginis.

Nach dem Originale des Stadtarchives Var. 57.

CCCLXIX. Kaiser Maximilian ertheilt seinen Consens zur Stiftung der Universität zu Frankfurt, am 26. Oktober 1500.

Maximilianus, divina favente clementia Romanorum Rex, semper Augustus etc. Ad perpetuam rei memoriam, notum facimus tenore presentium vniuersis. Quoniam officii nostri Regalis hortatur autoritas, circa Imperii nostri regimen et gubernationem sollicitos existere, quo profectibus et commodis eorum, qui Imperio nostro subjecti sunt, non solum circa bona temporalia, verum etiam animarum saluti consulamus, utrumque horum per literarum studia et augeri et pro-  
tendi probamus: Per hec enim Divini nominis cultus augmentatur, orthodoxe fidei salus dilatatur, humaneque conditionis prosperitas, quantum ad mundana et eterna, augetur. Sane cum per illu-

fres Principes et fratres Joachimum, Imperii nostri Archi-Camerarium, Principem Electorem, et Albertum, Marchiones Brandenburgenses, Stetinorum et Pomeranie Duces, Burggravios Nurenbergenses ac Rugie Principes, nobis exhibita petito continebat, quod ipsi, in quorum dominiis sunt quam plura oppida et alia loca insignia nec non Ecclesie, Monasteria et beneficia Ecclesiastica, secularia et regularia, copiosiusque tam Ecclesiasticorum et regularium, quam secularium, nobilium et mercatorum et aliorum laicorum populi numerus, cupientes ejusdem populi et totius Reipublice dictorum dominiorum suorum statum prosperari; Et cognoscentes, quod si in aliquo loco dictorum dominiorum ad id accommo, studium literarum vigeret generale, quam plures, qui literarum studiis operam dare optant, ad locum ipsum, pro acquirenda scientie margarita, se conferrent et in illa non mediocriter proficerent, summopere desiderant, pro vtilitate Reipublice et incolarum et inhabitatorum dictorum dominiorum illuc accedentium, in eorum oppido Franckfort penes Oderam, Lubuensis dioecesis, quod admodum insigne et populosum, vt ipsi nouimus et ad id accommodum existit, vt in quo vigat aëris temperies et victualium vbertas, ac habitationum pro studentibus commoditas, ceterarumque rerum ad humane vite vsu necessariorum copia reperitur, erigi et ordinari studium generale in qualibet licita Facultate, quod illustris genitor eorum, Johannes, Marchio Brandenburgensis, dum adhuc in humanis ageret, a nobis etiam fieri optabat, sed morte preventus, ad spem optatam deducere nequiuit. Quare, cum prefati Joachimus, Imperii nostri Archi-Camerarius et Princeps Elector, et Albertus, Fratres, Marchiones Brandenburgenses, ac Stetini et Pomeranie Duces, Burggravi Norinbergenses et Rugie Principes existentes, Doctoribus et Magistris, in dicto studio, pro tempore legentibus, salario competenti providere intendant et vehementer cupiant, vt dicta eorum dominia scientiarum ornentur muneribus, dictum studium producat viros consilii maturitate conspicuos et virtutum redimitos ornatibus, diuersarum facultatum scientiis eruditos, sitque ibi fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuersi Christi fideles, vndique illuc confluentes et literarum documentis insilire volentes, nobis humiliter supplicarunt, vt in dicto oppido Franckfort studium generale erigere et que pro illius directione et conseruatione necessaria existunt, statuta et ordinationes statuere et ordinare, aliisque jam premis opportune providere possent, auctoritate et benignitate regia dignaremur. Quoniam vero inferior mundus non paruo labore, arte et ingenio regitur et gubernatur, facile autem gubernatur et regitur, vbi peritorum copia, qui et naturali et morali jure preediti sunt, habetur: Hi enim, sicut in illis juribus omnis bene vivendi ratio consistit, ita etiam illi, qui his preediti sunt, ad bene beateque vivendum iter prestant: Et sunt tanquam bonorum morum specula et fundamentum, per quos potissimum Imperii nostri fines ac Respublica in pace et quiete, per legitimos tramites gubernata, feliciter possunt propagari et augeri, Deoque omnipotenti dignum prestare obsequium: Difficiliter autem eorundem jurium cognitio haberi potest, nisi publica literarum studia, vbi preceptorum, sive profitentium copia habeatur, erigantur, qui hominum ingenia illustrant, Divine mentis conceptus, sacrorumque Canonum et Imperialium sanctionum intellectus declarant, vt ex illorum labore peritorum copia, tanquam fructus ex floribus resultans, oriatur, qui et naturalis et moralis scientie semen et fructum, dextra Domini propitia, valeant germinare.

Nos igitur ex liberalitate nostra Regia, ut Regale nostrum culmen decet, more predecessorum Imperatorum et Regum, iusta petentibus denegare non debemus, nec volumus, assensum, animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed sano ad id Electorum aliorumque Principum, Comitum, Baronum, Procerum et fidelium nostrorum accedente consilio, prefatorum Joachim et Alberti, Marchionum, honesto desiderio atque laudabili annuentes, plurimumque id

ipsum commendantes, hujusmodi ipsorum petitioni inclinati, ad Divini nominis, fideique orthodoxe propagationem vniuersalem, profectum et laudem, Imperique Romani ac dictorum dominiorum privatam exaltationem, in dicto oppido Franckfort generale studium, tam in sacra Theologia, quam in jure Canonico et Civili, Artibus et Medicina, ac quavis alia licita facultate, sicut in aliis generalibus studiis, vt etiam laici Doctores et Magistri legant et doceant et studere volentes, vndecunque fuerint, studeant et gradus solitos conferre et suscipere valeant, eadem autoritate nostra Regia tenore presentium erigimus.

Volumus etiam, quod venerabilis, devotus noster dilectus, Episcopus Lubucensis modernus et pro tempore existens, sit hujusmodi vniuersalis studii Cancellarius, qui aut per eum, seu sede Episcopali Lubucensi vacante, per devotos nobis dilectos Capitulum Lubecense, quoad hoc deputatus Vicarius, in qualibet dictarum facultatum commendabilis vite scholaribus, quos ad hoc hujusmodi studii Rector ac regentes Doctores sive Magistri facultatis, in qua graduari singuli postulant, seu major pars omnium idoneos reputaverunt, gradus solitos conferat et illorum insignia exhibeat, de consensu Doctorum et Magistrorum eorundem: Et ex tunc illi, qui insignia hujusmodi sic receperunt, licentiam habeant, tam in predicto, quam in quibusvis aliis studiis generalibus, absque alio examine aut approbatione legendi, docendi et cetera faciendi, que Magistri et Doctores quorumvis studiorum generalium facere possunt: Et quod ipse Cancellarius seu Vicarius et qui pro tempore fuerit dicti studii Rector et Doctores inibi residentes, vocatis secum aliquibus Licentiatis et scholaribus providis dicti erigendi studii, pro felici directione ejusdem studii, quecumque salubria ac honesta ac juri consona statuta et ordinationes in initio erectionis ipsius studii, sive post, dummodo in prejudicium Sacri Romani Imperii non tendant, condere possint, eadem autoritate etiam statuimus et ordinamus, Nec non omnibus et singulis Doctoribus et Magistris, Licentiatis et scholaribus ac studentibus et studere volentibus ad ipsum oppidum accedendi et inibi legendi et recipiendi plenam et liberam licentiam concedimus, ac ipsis pro tempore inibi regentibus et studentibus, ac qui gradus ibidem pro tempore receperint, quod ipsi et quilibet eorum omnibus et singulis prerogativis, privilegiis, preeminentiis, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, honoribus, favoribus, gratiis et indultis, per nos et predecessores nostros, Romanos Imperatores, Reges aut quavis alia autoritate seu potestate, quovis modo aliis studiis generalibus concessis et ab eis emanatis, quorum omnium tenores presentibus pro expressis haberi volumus et quibus alia studia generalia et in illis graduati scholares et studentes vtuntur, potiuntur et gaudent, ac vt, potiri et gaudere poterunt, quomodolibet in futurum vt, potiri et gaudere possint et valeant, pariformiter et absque ulla differentia, perinde in omnibus et per omnia, ac si prerogative, privilegia, libertates et alia premissa eidem studio specialiter et nominatim concessa fuissent, eadem autoritate et tenore concedimus pariter et indulgemus.

Quo circa tamen permilla studii erectio majorem firmitatem et robur sumere possit, mandamus, quatenus ipse Rector Vniuersitatis pro tempore existens, initio studii et postea, per se vel per alium aut alios, premissa omnia et singula privilegia, preeminentias et libertates, exemptiones, immunitates, honores, favores, gratias et indulta, ubi, quando et quoties expedierit aut per Doctores, Magistros regentes vel scholares super hoc requisitus fuerit, solenniter publicet et omnibus et singulis prefato studio subjectis, efficaci defensione ac presidio assistat, faciatque eos et eorum singulos privilegiis, prerogativis et concessionibus hujusmodi pacifice uti, frui et gaudere: Non permittententes eos, vel eorum aliquem desuper indebite molestari, prout nostre et successorum nostrorum gratie et benevolentie favores diligat percipere liberales: Non obstantibus, premissis juribus in sta-

tutis, legibus terrarum, five locorum generalibus, municipalibus, aut particularibus constitutionibus, privilegiis, gratiis et concessionibus a nobis, vel predecessoribus nostris, Romanis Imperatoribus et Regibus, ac aliis quibusvis largitionibus, donationibus et factis quibuscunque, etiam fitales et talia forent, de quibus presentibus mentio facienda foret specialis, quibus omnibus et singulis, prout presentibus nostris concessioni, largitioni, indulto et decreto contra facient aut contra facere videantur, quouis modo prefatis, autoritate et scientia atque de Regalis nostre potestatis plenitudine derogamus et derogatum esse volumus per presentes, non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre erectionis, concessionis, largitionis, indulti, ordinationis et decreti paginam infringere et ausu temerario ei quouis modo contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, nostram et Imperii nostri indignationem gravissimam, nec non amissionis centum marcarum auri puri penam, pro medietate fisci nostri Imperialis erario, pro alia vero medietate injuriam passorum irremissibiliter personis et vrbibus applicandarum et persolvendarum, quoties contra factum fuerit, se noverit incursum, presentium sub nostro Regali sigillo testimonio literarum. Date in Civitate nostra Imperiali Nurnbergenfi, die 26. mensis Octobris, anno Domini 1500 Regnorum nostrorum, Romani decimo quinto, Vngarie vero vndecimo.

Ad mandatum Rom. Regis proprium.

Bartholdus, Archi-Episcopus, Moguntin. Archi-Cancellar.

Königs Reichsarchiv XIV, 479. Beemanni Not. Univ. Frankof. p. 8.

CCCLXX. Kurfürst Joachim und Markgraf Albrecht verstaten dem Hans Rakow zu Tschetschnow eine Verpfändung, am 10. November 1501.

Von gotts gnaden wir Joachim, des Heiligen Romischen Reichs Ertzcamerer, Churfurst, vnd Albrecht, gebruder, Marggrauen zu Brandenburg, zu Stettin, Pomern etc. Hertzogen, Burggrauen zu Nuremberg vnd Fursten zu Rugen, Bekennen vnd thun kunth öffentlich mit diesem vnserm briue vor vns, vnser erben vnd nachkomen vnd sunst allermeniglich, Das wir vnserm lieben getrewen Hannsen Rakow, burger zu Franckfurt, vmb seiner anligenden not vnd vleisigen beth willen vergont vnd erlewbt haben, das er den kauffman der gewantneider gulde Drey schock, vnd den vorstendern sant Nielaus kirchen zu Franckfurt ein schock jarliche Zinz auff seinen Hoff zu tzetzenow vnd seinen weinberg daselbs vor Franckfurt belegen, alles vor vrtzig schock auff einen rechten widerkauff laut des kauffbreues darvber aufgangen verkeuffen mag, Gonne vnd erlewben Im solchs, wie obtet, In vnd crafft dits briues vnd geben zu solchen widerkauff vnsern willen vnd volbort, doch also, das gnanter Hans Rakow solch Jarliche Zinse oder seine erben, so schirft sy konnen oder mogen wider abkauffen vnd zu sich bringn solln. Czu urkunt mit vnserm Marggraue Joachims Churfurstlichem Insigel verfigelt vnd Geben zu Colln an der Sprew, am mitwoch nach Leonardi nach cristi geburt Tawsent funffhundert vnd im ersten Jar.

Nach dem Originale des Stadtarchives, Tschetschnow No. 20.